



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Electio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

208 ECCLES. ELECTIO.

mano, non tamen erit irregularis. cap.25.
num.83.

G Reconciliatio autem Ecclesiaz consecra-
tæ debet fieri ab Episcopo, & cum aqua be-
nedita à se, vel ab alio Episcopo. Sed recon-
ciliatio non consecratæ potest fieri à pre-
sbytero, cum aqua à se ipso benedicta. Non
tamen sufficit reconciliatio, quando est Ec-
clesia polluta ob infidelem in ea sepultum,
sed etiam radendi sunt parictes. Sufficiet ve-
rò reconciliatio, si aliquis excommunicatus
fuit sepultus in Ecclesia. cap.27. num.251.
252. Nou.256. 257.

Ecclesiaz libertas in quo consistat, vide
tit. excommunicatio 6. §. 4. in fine.

E L E C T I O.

Eligens indignum, ex quo malæ guber-
nationes oriuntur, vnum peccatum com-
mittit. cap. 11. num. 4.

Moniales & monachi qui nullum ordi-
nem habent, facientes tempore interdicti
officia prohibita clericis, peccant mort. &
licet non sint irregulares, fiunt tamen inhabi-
biles ad electionem actiuam & passiuam.
cap.27.num.187. Similiter etiam religiosi,
qui dimittentes habitum sive religionis ad

eam

eam redire sunt coacti priuantur huiusmodi electione & quolibet alio priuilegio suæ religionis. num. 133. ignorantia non facit validam electionem eius qui aliás est incapax. num. 271. dict. 8. de Papa electo. vide tit. Papa. cap. 27.

E L E E M O S Y N A

& Misericordia.

MISERICORDIA est virtus inclinans ad miserendum, patienti aliquod malum ad subueniendum ei. cap. 24. num. 2. Cuius actus vocantur etiam opera & actus charitatis, quia ex amore proximi procedunt, & immediate ex misericordia. num. 3.

Vocantur etiam eleemosynæ: suntque aliae corporales, ut visitare infirmum, pasce-re esurientem, potare sitiensem, redimere captiuum, tegere nudum, colligere hospitem, aut peregrinum, sepelire mortuum: aliae vero sunt spirituales, ut docere igno-rantem, consulere consilio indigentem, con-folari tristem, remittere offendam, onero-sum sufferre, peccantem corrigere, orare pro viuis, & mortuis. num. 4.

Actus ergo misericordiae spirituales me-O liores